

DVA PRILOGA ZA HRVATSKU POVIJEST U XVIII STOLJEĆU

Dr Jaroslav Šidak

Izvorni tekstovi, koji se na ovom mjestu po prvi put objavljuju, ne potječu iz istog vremena niti su u bilo kakvoj međusobnoj vezi. Prvi je iz g. 1731. i odnosi se na bunu crkvenih kmetova u donjem Pokuplju, koja je potrajala punu godinu dana, od 24. VI 1730. do 5. VI 1731, a drugi je iz g. 1794. i govori o nekim događajima u Zagrebu koji su u bližoj ili daljoj vezi s aktivnošću demokrata oko Ignjata Martinovića. Prvi je tekst već poznat i u nauci iskorišten, a drugi, slučajno pronađen¹, postaje tek ovim izdanjem pristupačan znanstvenom istraživanju.

Još je Vjekoslav Klaić, u svom članku: »Nepoznata dosad buna srpskih i hrvatskih seljaka u Banovini god. 1730. i 1731.« (Hrvat, 18. i 21. II 1924, br. 1184 i 1187; preštampano u posmrtnom izdanju »Crtica iz hrvatske prošlosti«, 1928, str. 14—18, s ponešto promijenjenim naslovom) opisao ovu bunu isključivo na temelju izvještaja velikog prepošta zagrebačkoga i arhidakona gorskoga baruna Sigismunda L. Sinerspergha, koji je upisan u knjigu kanonskih vizitacija (Nadbiskupski arhiv Zagreb — Protokoli Br. 12/III — Kanonske vizitacije A. Gora. Archidiaconatus Gorensis. An. 1727—1752, str. 124—127). Taj je izvještaj jedini, do danas poznati, dokument koji je ovu bunu oteo zaboravu, jer se ona inače nigdje ne spominje pa niti u zapisnicima Hrvatskog sabora.^{1a} .

Poslije V. Klaića, koji sadržaj izvještaja nije potpuno iscrpio, poslužio se tim dokumentom pisac ovih redaka u poglavljiju o »Ponovnim buna ma u Banskoj Krajini«, u »Historiji naroda Jugoslavije« II, Zagreb 1959., str. 1028—1031. U tom su prikazu — osim toka bune, koji se podudara s Klaićevim opisom — ukratko iznesene i obaveze koje su nametnute pokorenim seljacima, a kojima Klaić nije obratio pažnju. Seljaci su i dalje morali davati desetinu, u svima njenim oblicima, a bili su dužni da obavljaju i stražarsku službu. Budući da je k svemu tome pridošla i dosta osjetljiva kazna, položaj se tih crkvenih kmetova poslije neuspjele bune još i pogoršao.

¹ Izvještaj je prof. dr Slavko Gavrilović našao među spisima Zagrebačke županije za g. 1840—1848 (DAZ, Zagr. žup. fasc. CDXVIII, nereg.) i odstupio piscu ovih redaka, na čemu mu i ovdje sručna hvala.

^{1a} U Arhivu JAZU, pod signaturom III d 153, nalazi se rukopis I. K. Tkalčića s naslovom: Seljačke bune u Gorah g. 1730 i sisačka buna 1654—1681. Pišući o prvoj od tih buna, Stj. Antolić spominje ovaj rukopis u svojoj knjizi: Bune pučana i seljaka, Zagreb 1956, 231, bilj. 46. Međutim, Tkalčić je ondje, osim dosta obilate grade za sisačku bunu, prepisao samo početak Sinersperghova izvještaja, ostavivši poslije ispisane prve strane nekoliko listova praznih. Prema tome, ne radi se ni o kakvom Tkalčićevu prikazu spomenutih buna.

Drugi je prilog koncept izvještaja koji je zagrebački podžupan Josip Novosel² poslao 4. V 1794. ugarskom palatinu, nadvojvodi Aleksandru Leopoldu, u skladu s njegovim nalogom od 29. III 1793. da se traga za tajnim društvima (*conventicula*) bilo koje vrste. Premda je u tom pogledu mogao samo negativno izvijestiti, podžupan je smatrao potrebnim da Latina obavijesti o četiri slučaja koja, doduše, nisu upućivala na postojanje kakvoga tajnog društva ili razgranate prevratničke propagande, ali su ipak zavrijedila da se ozbiljnije razmotre.

Najprije je 1. II 1794. nađen primjerak, zacijelo pisan rukom, neke pjesme »in forma litterarum Bimarjano Belgico«³, koji je podžupan priložio izvještaju. Nema sumnje da pjesma nije bila ispisana na hrvatskom jeziku, jer bi inače bio priložen njezin prijevod, a zacijelo nije bila napisana ni njemačkim jezikom, jer bi to podžupan izričito naveo, kao što je to učinio u sličnim slučajevima koji slijede. S obzirom na to da je sumnja pala na profesore zagrebačke »Akademije nauka«, sigurno se radilo o latinski pisanom tekstu.

Zatim se na posljednji dan poklada, 2. III 1794, zagrebački trgovac Schiffer, porijeklom Nijemac, pojavio pod maskom noseći gilotinu s njemačkim natpisom koji u prijevodu glasi: »Sudbina koja prijeti svakom imućnom francuskom republikancu.« Bilo je to u vrijeme najžešće jakobinske diktature u Francuskoj, ali ozbiljnije tendencije ta pokladna šala nije imala, iako je javnost ponešto uz nemirila. Prema Đ. Surminu, biskup M. Vrhovac je 19. III saopćavao u jednom pismu »da je u pokladama inače mirni i ljubljeni građanin zagrebački Schiffer htio napraviti neku novu šalu pa je napravio guillotinam gallicam, kojoj je stavio natpis: in dem besteht die französische Gleichheit und Freyheit (ovaj tobožnji natpis, kako se vidi, nije niti po smislu jednak autentičnom — J. Š.), dakle u gilotiniranju; no to su gospoda dala odmah ukloniti. Biskup svoje mišljenje o tomu izriče ovako: imprudentia summa fuit ad locum publicae exhilarationis exemplum infamis crudelitatis praeferre. Stvar nije bila tako jednostavna, jer se čulo, da je ban tu zgodu dojavio u Beč.«⁴

Uskoro zatim nađeni su kod jedne kuće na glavnom trgu tj. Harmici (danas Trg republike) hrvatski stihovi (*versus Croatici*), koje je podžupan u latinskom prijevodu priložio izvještaju i koji su mnogo više od prethodnih slučajeva navodili na misao o postojanju tajnog društva ili neke druge prevratničke djelatnosti. O toj kajkavskoj pjesmi, ponesenoj idejama francuske revolucije, ima više suvremenih podataka (spominje je i Vrhovac u pismu od 17. III, nazivajući je paškvilom). Već je T. Smičiklas 1879. ispričao sadržaj i čak donio tekst dviju posljednjih strofa jedne verzije te pjesme, sačuvane u ostavštini I. K. Tkalčića⁵, ali je ona poslije 1922. nestala. Drugu verziju — koja se, usprkos sličnosti u vanjskom obliku i osnovnim mislima, znatno razlikuje od gore spomenute — našao je među istražnim spisima iz procesa protiv I. Martinovića i njegovih drugova ma-

² Koncept nije potpisani, ali je, prema »Zagrabiense calendarium« 1794/5, bio podžupan u Zagrebačkoj županiji Josip Novosel.

³ Uzaludna su ostala sva nastojanja da se pronađe ovaj pjesnički oblik belgijskog porijekla.

⁴ Đ. Surmin, Hrvatski preporod I, Zagreb 1903, str. 05, bilj. 18.

⁵ T. Smičiklas, Poviest hrvatska II, Zagreb 1879, str. 399.

đarski historičar Kálmán Benda i objelodanio je 1956⁶, a zatim su je, po istom Bendinu prijepisu, štampali u nas V. Bogdanov⁷ i Nada Klaic⁸. O postojanju dviju verzija, u stvari »dviju različitih pjesama, srodnih po obliku i sadržaju«, usp. izlaganje pisca ovih redaka u HZ IX, 1956, 183—186.⁹

Vrhunac uzbuđenja donio je vlastima posljednji događaj, koji je, za razliku od prethodnih, dobio i najširi publicitet. Na sam Uskrs pojavilo se na trgu u Gornjem gradu (danas Trg Stjepana Radića), privezano uz kip Bogorodice, »drvo slobode« (*arbor libertatis*) — simbol Revolucije, s frigijskom kapom i njemačkim natpisom koji u prijevodu glasi: *Da živi sloboda i jednakost.* Iz drugih suvremenih vijesti proizlazi da je »drvo slobode« postavio slobodoumni barun Siegfried Heribert Taufferer, koji je iste godine prebjegao u francusku vojsku i 1795. osnovao hrvatsku legiju za borbu protiv Austrije¹⁰. Ali ni u tom slučaju nisu vlasti uspjele da široko zasnovanom istragom pronađu krivca ove doista revolucionarne demonstracije.

I

Ad Lectorem.

Qvod priori anno 1730 pro exigentia muneris mei hunc Archidiaconatum non visitaverim ratio est universi populi qvae a festo S. Joannis Baptistae anni ejusdem grassari caepit seditio, cum non modo totius huius Archidiaconatus Rasciani confiniarii sed et Subditu tam mei quam et Ep(isco)pales² per dictos Rascianos exstimulati (imaginariae cujuslibet libertatis acqvirendae causa) Decimas negare, onera quibus subiecti erant, Litteras videlicet deportando,

⁶ K. Benda — L. Hadrovics, Kroatisches Freiheitsgedicht aus dem Jahre 1794, Studia slavica Academiae scientiarum hungaricae II, 1956, str. 384—387. — Usp. i L. Hadrovics, Nachträge zum kroatischen Freiheitsgedicht aus dem Jahre 1794, na i. mj. III, 1957.

⁷ V. Bogdanov, Hrvatska revolucionarna pjesma iz 1794. i učešće Hrvata i Srba u zavjeri Martinovićevih jakobinaca, Starine JAZU 46, 1956 (kao 2. izd., u obliku knjige, pod naslovom »Zavjera Ignjata Martinovića«, Zagreb 1960; usp. ocjenu J. Sidaku u Jugoslov. ist. časopisu 1963, br. 1, 84—88).

⁸ U »Izvorima za hrvatsku povijest« IV, Zagreb 1959, str. 100—103.
⁹ Nakon što je tekst ovog priloga već gotovo dvije godine čekao da bude objavljen, izašla je 1965. u Novom Sadu knjiga Szelli Istvána, Hajnóczy és a délszlávok (Hajnóczy i Južni Slaveni). Autor je u toj knjizi objavio dalji tekst spomenute pjesme koji je našao među spisima biskupa Vrhovca, pohranjenim u Državnom arhivu u Budimpešti (A. M. Kir. Udvari Kancellária levéltára 90/1794), a donio ga je i u faksimili (str. 32 i 33). Tekst, pisan biskupovom rukom, ima naslov: »Pasquil od nekojega Horvatzkoga vrednoga Quilotine Francuza vu Zagrebu van dan vu Fassenszko vreme rasztepenn 1794«, a istovetan je s tekstrom koji je pronašao K. Benda i izdao L. Hadrovics. Szellijevo izdanje je mnogo bolje od Hadrovicseva, ali u njemu ima pogrešaka (neke su, nesumnjivo, tehničke prirode). Szelli upozorava da je naslov teksta u prijepisu zaciјeljeno iskvaren — kako on misli, od samog Vrhovca (192) — jer ga Đaški, u svojoj pripovijesti »Illustrissimus Battorich«, spominje u ovom obliku, bolje uskladenom sa sadržajem pjesme: »Pasquil nekojega vrednoga Francuza vu Zagrebu van dan i rasztepenn 1794« (110).

Szelli s pravom odbacuje kao neosnovano mišljenje I. Martinovića, izneseno u istrazi, da je pjesma, možda, potekla iz Vrhovteva pera. Protiv tog mišljenja govor, prema njemu, i spomenuta varijanta naslova. Ona »ujedno izražava i politički stav biskupa prema radikalnom preokretu u jozefinističkim nastojanjima, te ako ovome još dodamo biskupove izjave o francuskim dogadajima, možemo sa sigurnošću konstatovati da Vrhovac nije siedio put hrvatskih jozefinista koji su godine 1794 krenuli ka revoluciji« (192).

¹⁰ Opširnije o njemu v. A. E. Brlić, Baron Taufferer i francusko-hrvatska legija g. 1795, Narodna starina 28, 1934.

¹¹ Ivanje 24. VI.

¹² Zagrebački biskup bio je tada Juraj Branjug (1723—48).

uigilias obeundo, sylvas metales et terrenum hocce Praepositurale ab impetitionibus et usurpatione uiolenta confiniariorum uindicare denegarunt et si quae alia illis consueta seruitia imponebantur palam ac manifeste detestari, tandem arma capere noctu dieque tumultuari, illos qui perfidis eorundem consilijs et Machinationibus non accedebant minis, terroribus, granariorum et celariorū perfraktionibus, vini et frumenti deportatione, pecuniaria exactione, animalium abactione, grauibus percussionibus, tandem etiam incendijs et domorum incinerationibus in eosdem immaniter saeuire, quoisque tandem tantis afflicti miseris ui(n)ctas illis manus dare coacti sunt: in tantum qvod in tota hic Praepositura et Transcolapianis partibus non nisi domus qvatuor uidelicet Michaēlis Lonchareuich libertini et actualis Vicejudicis, Georgij Novossel pariter Libertini et actualis judicis, Matthiae Lonchareuich pariter libertini et actualis Sylvani, demum cujuspam Brodarich Sylvani (upisano iznad retka: et Mikecz Horich³ Sylvani qvamvis nec istorum vniversa familia) in fidelitate et obedientia persisterunt, qvae omnia sumpto motivo ex qvopiam per Consilium Bellicum Confiniarijs praescripto regulamento⁴ in quo (haec legebantur Omnibus Banali jurisdictioni à Colapi ad Petrovam Goram subiectis) perniciosum sumpserit principium in qvo Regulamento certae libertates quia intra Colapim locata se qvoque gaudere posse pervasa est. Capita tumultus hujus et Rebellionis qvidam Popa Vallacus Diaconus cognominatus Simo Grubessich Czuio Sserblanin et qvidam Radich⁵ omnes vallachi et Confiniarii Costaniczienses qvibus perfida haec gens veluti ablegatis Viennae libertates qvasdam sollicitantes nomine Regulamenti extraordinarijs et grauibus pecuniarijs contributionibus ad hunc finem suum exeqvendum totam hanc transcolapianam plebem et caecam gentem hanc ad ruinam extremam induixerunt adeoque capita rebellionis huius extitere qvo facto bona huius Praepositurae in ruinam et extremam desolationem coniecerunt qvibus adjunxit se ex huiatibus Subditis Matho Millakouich alioquin litteratus et Costanicensis confiniij Miles Gregarius ut vocant Haramia quo veluti Secretario utebantur, Georgius Dianesevich alias Gerbessich Sylvanus, Thomas Zaiecz, qui etiam in priori rebellione⁶ Malignantes secutus est, item Martinus Gallian, Marcus Machkouich Sesserin et plures alij cum 20 circiter Domibus Vallacorum ex Moschenicza et Budrouec⁷, et qvamuis nec ego nec Ill(ustrissi)mus Do(min)us Ep(is)copius penes profusionem magnorum sumptuum, fatigia et cordis amaritudines nihil intentatum omisissemus ut sedito haec bonis et placidis modis compensatur gratis tamen laboratum fuit donec ex mandato Consilij Bellici Brachium militare ex confiniarijs Generalatum Carlostadiensis⁸ et Varasdinensis ex Mi-

³ V. Klaic, n. dj. 16, čitao nepravilno: Hozić.

⁴ Regulament od 15. IV 1728. nije još u cijelini poznat. Prema jednoj nedatiranoj predstavci krajčnika iz Kostajničke krajine caru sastojao se od 26 članaka (s additamenta) i uveden je bez prethodnog dogovora s njima, pa su oni zahtijevali da se regulament povuče. Među ostalim teretima koji su im u njemu bili nametnuti osobito su se tužili na dužnost podvoza i tlake na oranicama komandanta. O toj predstavci v. Milica Bogdanović, Život u Kostajničkoj Krajini 1728, Zbornik Matice Srpske za društvene nauke 13—14, 1956, 102—104 (usp. i ocjenu Nade Klaic u HZ XI—XII, 1958—59, str. 297—300).

⁵ V. Klaic, n. dj. 17, čitao nepravilno: Rodić.

⁶ O toj buni, koja je prethodila opisanoj, nije ništa pobliže poznato.

⁷ Mošćenica, na istomenom potoku, istočno od Petrinje, blizu Kupe, na putu Petrinja—Sisak. — Budrovec (Budorovec), ime dvaju naselja — »vlaškog« (Vallachorum) i katoličkog (Catholicorum), jugozapadno od Gore (usp. bilj. 10).

⁸ V. Klaic, n. dj. 17, napominje da je »sačuvano pismo biskupovo, kojim je zamolio ratno vijewe u štajerskom Gracu, neka odredi da general hrvatske krajine pošalje 2.000—3.000 krajiskih vojnika, da svladaju ustanak.«

litia Regni et Banderiali qvibus Sua Excellentia Illustrissimus D(omi)nus Co-
mes Joannes Draskouich locumtenens Banalis praefuit imploratum et expe-
ditum non fuisset, qvae Militia in decem Millibus (p(er)sonarum consistsens die
5. Junij hoc anno 1731 Castra fixit Militia quidem Regni et Banderialis ad
Berkisseuinam, Carlostadiensis in Confinio Szrachiczensi, et Varasdinensis
in Confinio Zriniensi ad Pagum Lusecz⁹ dictum, qvâ copiâ plebs tumultuans
exhoruit suis rebus et animalibus praeuiae hinc inde deductis temerarios suos
ausus depositus, nullus tamen praeter duos pagos meos in Gore et Megijreche¹⁰
ad Castra Excell(entissi)mi D(omi)ni Comitis Locumtenentis pro petenda gratia
advenerunt, qvibus etiam de salua guardia prouidit, reliqui sex pagi Budor-
ovecz et Moschenica Vallachorum, Paulouecz, Glina, Suti Potok¹¹ et Budorouecz
Catholicorum incinerati sunt et ad fundamenta concremati. Universa Substan-
tia qam hucusqe non saluarunt uti uinum, frumentum, equi, Maiales¹², boues
et universa armenta, qvibus hi pagi abundabant partim Generalatui Varas-
dinensi in praedam partim Militiae Regni et Banderiali cessit. Qvibus sic com-
positis die 22. Junij ad arcem Pokupszko Ep(isco)palem destinati sunt Comis-
sarij pro parte Ill(ustrissi)mi et R(everen)dissimi D(o)m(in)i Ep(isco)pi et mea
D(omi)nus Vicecomes Sigismundus Skerlez Tabulae Iudiciaiae assessor Jo-
sephus Magdich Tabulae Banalis Iuratus et Venerabilis Capituli Cancellariae
Notarius Andreas Gerlechich Praefectus Bonorum Ep(isco)palium cum potes-
tate in seditiosos et publicae pacis ac tranquilitatis turbatores judicio mediante
animadvertendi, ubi factum qvod ex Ep(isco)palibus morti adjudicati sint sen-
tentionati et expediti qvinque abscis nimurum capitibus impallati, 4 per trien-
nium ad galleras condemnati, ex meis Millakouich Secretarius rebellionis pari
poena multatus Thomas Zaiecz in fronte Signo patibuli adustus et cum tota
domo proscriptus cum reliqvis meis pariter 13 qui se fuga saluarunt proscripti
et in perpetuum ex terreno praepositurali extorres facti, reliqui minus rei
in emenda capitis conuicti ad sequentia juramento se obligarunt.

Primo: Sub poena ellimationis ex terreno hocce in perpetuum inteme-
ratam fidelitatem servare.

Secundo: Omnes terras quoquis juger tribus Rhenensibus¹³ redimere.

Tertio: Omnis generis decimas uidelicet uini frumenti (Agnellorum ca-
preolorum et apum qvas huc usqve contumaciter non praestabant) fideliter
soluere, quaevis domus ad festum S. Martini quoquis anno sub poena dupla
imperiale unum id est 30 grossos pro Mensa Praepositi contribuere in per-
petuum, Militaria obire seruitia, necessaria pro aedificijs tam hic in Gorre
quam Zagrabia concurrere(!), et dictam Decimam uel Zagrabiam uel quo Prae-
positus maluerit conuehere, neglectam vero priori anno compensare. Et hic
est fructus Speciosae illius, quam desiderabant libertatis.

Et qamvis publici tumultus utcunqve cessauerint loca tamen per qvae
transire deberem universum hunc Archidiaconatum visitando (umetnuto: se-
cuta non sunt) nam qvasi in dies de caedibus et homicidijs praedocinijsque
auditur dum illi qui ex meo et Ep(isco)palii terreno cum familijs suis pro-
scripti sunt hinc inde per sylvas latitant pleni vindictae, minarum et caedis

⁹ Lužec, nedaleko Zrinja.

¹⁰ Gora (u izvještaju samo pl. Gore) jugozapadno od Petrinje, na cesti Petrinja—
Glina. U Srednjem vijeku sjedište Gorske županije; s njenim područjem podudarao
se i teritorij Gorskog arhidakonata. V. Enc. Jug. III, 491. — Meduriče (danas Medu-
rače, Medurič), sjeverno od Gore, na potoku Utinji koji utječe u Kupu.

¹¹ Zuti Potok, jugozapadno od Gore.

¹² Maiales — uštrojen vepar, bravac.

¹³ Rhenenses — ranjske forinte.

et in specie confinium Costanicense, Zriniense, et Glinense talibus extorribus et proscriptis repletum est, Petrinia vero aliunde consuetum est receptaculum malefactorum, nec residentiae Franciscanorum Hrasstovicensis et Csultichen-sis¹⁴ ab his immunes sunt: putant enim tales fouendo obsequium se praestare Deo ideo Parochialibus Ecclesijs in locis his periculosis fundatis omissis et ad quietiora tempora visitatio eorum remissa.

II

Serenissime etc., etc.

Dum officium ordinarij in Comitatu hocce Zagrabensi V(ice) Comitis adivi, reliqua inter officiosa ad officium idem spectantia Acta, devenit quoque ad Manus Meas Serenitatis Vestrae Regiae Benignum ad Praedecessorem meum Adamum condam Skerlecz¹ dd^o 29^o Martij a. p. exaratum Mandatum, quo sub secreto officii imponebatur, ut sedulo invigiletur, ne in Gremio Co(mi)t(a)tus Clancularia aliqua Conventicula sub quocunque demum praetextu celebrentur, ut dein omne id, quod vel in aliquo pacem publicam turbare posset, sedulo quoque praecaveatur, in Omni vero Casu Serenitati Vestrae Regiae Relatio praestetur; Serenissime Princeps Regie, et Archidux! non praetermissi ego hucjam adusque per Co(mi)t(a)tum saepius itinera faciendo Conventiculis ne fors alicubi consuetis invigilare, ipsos etiam Cleri, Nobilitatis et Plebis ser-mones observavi, sed nil minus, quam aliquid vel contra feliciter Regnantem S(acratissim)mam Ma(jes)t(a)tem, aut pacem publicam detexi.

Non nullos tamen Casus primo Obtutu attentione certe dignos, qui in Jurisdictione Civitatis evenerunt Serenitati Vestrae Regiae detegendos humil-lime opinor:

Contigit quippe 1^o die quodam Mensis Februarij, quod, dum Co(mi)t(a)tus hujus Regestrator, et V(ice) Notarius Joannes Babochaij apud Excellentissimum Co(mi)t(a)tus hujus Moderatorem vesperi in Conversatione fuisset, ei in originali adjacentes Versus per Comitatensem Panduronem allati fuerint: Versus hi utut Concitorij esse appareant, cum tamen non in pluribus Exemplaribus, sed saltem in hoc unico prodiverint, eos hominis alicujus ingenium unice ostentare volentis, faetum esse, ominabar, verum, ut ad hujus Notitiam deve-niri possit, nil intentatum reliqui: Panduronem primo Co(mi)t(a)tensem, qui Versus Regestratori attulit, sedulo examinavi, ubi, et per quem hi illi adma-nuati essent, ast id detexi, quod hora octava Vespertina, tales, ut apparel, in forma Litterarum Bimarjano(!) Belgico obsiligatos infra Portam Domus Regni-colaris aliquis, qui partim ob tenebras, partim quia Porta Clausa erat, obser-vari non poterat, projecerit; scripturam dein cum non nullis ex Magistratu Co(mi)t(a)tensi, quibus secretum hoc tute concredere poteram, et quia suspi-cabar, versus hos forte ab aliquo Professorum concinnatos esse, cum Prodi-rectore etiam Academiae hujus Francisco Lehnau² combinavi, sed nil didici aliud, quam id, quod in similibus Casibus esse solet, hanc Confictam esse, hinc unice eo intentus fui, an plura horum Versuum exemplaria seminata sint: Cumque hic originaliter adjacentes per Regestratorem secreto servati

¹⁴ Cuntić, južno od Petrinje.

¹ Adam Škrlec, brat tadašnjega velikog župana zagrebačkoga Nikole, umro je iste godine (1793).

² Franjo Lehnau, od 1776. do smrti 1811. profesor političkih znanosti na zagrebačkoj Akademiji a od 1789. i njezin direktor Usp. V. Klaić. Preteče sveučilišta, u spomenici »Sveučilište Kraljevine SHS u Zagrebu 1874—1924«, 1925, str. 26 i 27.

fuissent, nullibi amplius eorum Exemplar observavi, per idque magis in eo, quod Versus hi potius petulantis cujusdam hominis faetus, quam pernicio-sarum quarumpiam sequellarum Molimen sint, confirmatus, ab ulteriori Investigatione, ne per hanc magis publicentur, tantisper supersedi.

Accidit dein 2º quod Germanus Civis, et Mercator hujs Schiffer Cognominatus 2º Martij, seu ultimo Bachanalium Die Dominico Mascharam sub Larva Guillotinam representantem in saltu publico produxerit, hic illico per constitutum saltus Commissarium ex sala amandatus fuit, sequenti dein die per Iudicem Ci(vi)t(a)ris strenue desuper examinatus, et prout partim ex examine ejus, partim vero ex Inscriptione *drohendes Schicksal jedem vermögenden französischen Republicaner* (goticom; J. Š.), quae in Guillotina legebatur, observare licuit, hanc si non in contemptum furiosae Gallicae Libertatis, certe saltem Novitatis minime Concitationis, aut scandali alicujus studio productam fuisse, eo tamen non obstante, quod inconsiderate ad saltum Publicum cum Maschera hac idem Germanus comparuerit, per Iudicem Civitatis serio reprehensus, et ne quid similis in futurum tentet, sub gravissima poena inhibitus fuit.

Exiguo dein a productione Maskae(!) hujus temporis Intervallo inventi sunt ad Domum Mercatoris Schirendbrand in foro Ci(vi)t(a)ris situatam, hicce in Copia advoluti in Latinum transpositi Versus Croatici, e regione quarterij Excell(entissi)mi Comitis Bani apparati. Versus hi omnino attentione digni sunt, et ne per aperte instituendam Investigationem aut Magis inotescant, aut vero rudium Civium attentionem magis excitant, occulite tam per Iudicem Civitatis, quam et me in eorum authorem investigatum extitit, qui tamen ne in hodie detegi poterat, dispositus eotum statim Excell(entissi)mus D(omi)no Supremus Comes apud Civitatis hujus Iudicem, ut sollicite invigiletur, ne quae Conventicula suspecta serventur, ut praeterea per constituendos Exploratores sermones praesertim Diebus Dominicis et Festis in Locis publicis consueti observentur ut sic, quis in inferiori populo vigeat sensus elici possit, uti et prius ita et dein salutaris haec Dispositio tam in Civitate, quam et intra reliquum Co(mi)t(a)tus hujus ambitum observata est, ac etiamnum observatur, sed nulla seu Conventicula, seu seditiosi aliqui sermones detecti, aut observati sunt.

Donec tandem ipso festo Sacri Paschatis circa horam quartam Matutinam ramus unus viridis carpineus, altitudinem unius orgiae aliquantum excedens, cum supraapposito Gallico Libertatis Pilleo, et Inscriptione *Es lebe die Freiheit und Gleichheit* (goticom: J. Š.), in Foro Superioris Civitatis Columnae, cui statua Beatae Virginis Mariae apposita est, alligatus inventus est: Ramus hic ut summo mane observatus fuit, ad Iudicem Civitatis, quin a multis visus fuisse, allatus est, qui dein mihi, ego vero Excell(entissi)mo D(omi)no Supremo Comiti Casum hunc illico significavi, habitaque cum Iudice Civitatis ex Instructione etiam Excell(entissi)mi D(omi)ni Supremi Comitis cointelligentia, nil intentati reliqui, quo Maleversator hic detegi potuisset, ac quia non vana suspicio in Civem illum, qui Guillotinam produxerat, caderet, ille imprimis, dein totum ejus Famulitium ex improviso examinatum est, ast ex toto examine ne quidem suspicio in eum aliqua haberri poterat, inconsultum dein putabam, propter expositum ramum hunc majorem strepitum excitare, cum eum Unicus etiam Malevolus homo facile perficere potuerit, ad praecavendos tamen ultroneos similes ausus Dispositiones necessario faciendas praevidi, et ne ex his ramus expusus in omnium notitiam deveniat, usus sum rumore publico, qui hic spargebatur, per Gallos nempe conductos esse Incendiarios in Styria et Carniola

Civitates et Pagos incinerarent, hinc sub praetextu observandorum idmodi Incendiariorum tam in Civitate, quam et in adjacente huic immediate Ep(isco)pali et Capitulari Iurisdictione cointelligenter cum Iudice Civitatis Constitutae sunt Vigiliae non minus noctu, quam et de die Civitatem obambulantes; Constituti praeterea oculti Exploratores, Cavenas Diversoria, Caerevisiaris³ saepius visitantes, Convenientum in his hominum sermones observaturi, Ignotis continuo invigilatur, tales si ad privatorum Domus veniant, per Domuum Proprietarios, si vero ad Diversoria per Caupones illico competenti Iurisdictioni denunciantur; Cum itaque adhibitis omnibus his medijs nec in praeattactorum Versum, nec in expositi Rami hujus Authores ulla tenus devenire hactenus possibile fuerit, humilima mea Opinione censeo non adesse aliud medium tales resciendi, quam si Serenitas vestra Regia ex Cassa aliqua Notabilium quodpiam praemium pecuniarium illi, qui tales detexerit cum impertienda eidem, si forte complex est impunitate, extradandum benigne resolvere dignetur fuisse. Quod vero sparsum Incendiariorum Rumorem concernit, in quantum hic verificetur ex adnexo hicce mecum per Magistratum Civicum Carlostadiensem, huic vero per Circulum Neostadiensem Communicato certi Carnioli Petri Pezdricz benevolo Examine Serenitas Vestra Regia informari benigne dignetur, in Co(m)i)t(a)tu tamen hocce nullum adhuc suppositi ignis indicium apparuit, necessariae nihilominus hac quoque in parte praecautiones, per ambitum Comitatus actutum factae sunt. Et haec sunt, quae Serenitati Vestrae Regiae in obsequium benigne eatenus per Celsitudinem Vestram Regiam praescriptae Detectionis humillime refferrenda habui. Qui altissimis in reliquo gratijs devotus in perenni fidelitate, et homagiali Devotione emorior. Zagrabiae 4^o Maij.

Serenitatis Vestrae Regiae

Humillimus perpetuoque
fidelis Servus

³ Cavena — kavana; diversorium — koničiste; caerevisiaria — pivara.